



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Eleemosyna.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

Dignum eligere, omisso, digniori, ex genere p. m. est, *Bannes l. c. ex Trid. l. c. cap. 1. C. 1. l. c. P. N. l. c. 2. nu. 120. D. Tho. 2. 2. q. 185. art. 3. & alij: imperfectione tamen actus, aut leuitate materiae esset interdum veniale.*

*Elemosyna, vide Charitas, Donatio, Furtum.*

1. **E**lemosyna debetur ex præcepto pauperi existenti in extrema necessitate, ab eo qui potest subuenire sine periculo talis sui aut suorum necessitatis; item ei qui grauem patitur necessitatem, ab eo, qui sine magno suo, & suorum damno potest ei subuenire. Dicitur autem extrema necessitas, cum quis, nisi succurratur, est moriturus.

*\* Coua. l. 3. var. resolu. c. 14. num. 5. c. Patre 86. d. Vall. t. 3. d. 3. q. 9. p. 4. {Item} de superfluis statui suo, & suorum stipem egeanti dandam sub p. m. probat *V al. l. c. col. 10.* {Moriturus} vel graue vitæ discrimina incursum *Nau. 24. n. 5. Io. Med. q. 3. de elem. V al. l. c. col. 4.**

2. Cum inter doctores non conueniat quando peccet mortaliter, qui non facit elemosynam, non facile condemnandi diuites qui non faciunt; morendi tamen ut faciant quantas maximè possint, ne illis dicatur in die Iudicij, ob omissas elemosynas: Ite maledicti in ignem æternum, & illud S. Ioannis eis inculcandum. Qui viderit fratrem suum necessitate ha-

te habere, & clausit viscera sua ab eo, quo-  
modo charitas Dei manet in illo?

\*Vide Tol. l. de septem p. m. c. 35. Io. Med. l. c. in  
fine, & tota q. Alens. 4. p. q. 113. Gerson, Gabriel Ma-  
ior. cita. à Val. l. c. extra necessitatem extremā,  
elemosynam sub p. m. non esse præceptam  
dicunt.

3 Grauius peccant sæculares, qui cum pos-  
sint commodè egentibus non subueniunt, sed  
gravius Ecclesiastici, qui superflua honeste  
sustentationi non dant pauperibus qui nun-  
quam defunt.

\*Val. l. c. col. 6. Bannes 2. 2. q. 32. art. 6. Nat.  
commi. de red. eccle. docet, ecclesiasticos Eccle-  
siae redditus superfluos in profanos vsus insu-  
mentes teneri ad restitutionem: quod Soto  
& alijs non placet.

4 Nemo tenetur magnam summam pecu-  
niæ dare pauperi ad emendam necessariam  
quidem ei medicinam, sed exquisitissimam,  
adeoque magni pretij: sufficit enim illi adhi-  
bere communia remedia.

5 Nemo tenetur pro pauperis vita totum su-  
um statum expendere, si maius id damnum  
sit, quàm illius mors.

6 Non teneris ad longè absentem, de cuius  
extrema necessitate audiisti, ire, ut ei succu-  
ras: sufficit enim præsentibus necessitatibus  
subuenire.

Nau. c. 24. num. 9.

7 Qui potest, tenetur subuenire pauperi alio-  
qui ob inopiam peccaturo.

8 Qui non potest ex suo subuenire extremè  
patienti, potest ad id alienum rapere nec id  
postea tenebitur restituere; posse verò graui-  
ter indigentem rapere alienam non magni  
momenti rem, dicunt quidam, nec improba-  
biliter. Vide FVRTVM.

\*Io. Med. l. c. vers. Sed hic, Nau. c. 17. nu. 118. Vig.  
c. 12. §. 2. ver. 5.

9 Ex auaritia nolenti sibi prouidere, cum  
possit, non tenentur alij prouidere, non enim  
indiget.

10 Extremè patienti sufficit mutuum dare,  
si ille habet vnde restituat.

\*Vide Comad. de contract. tit. 2. q. 19. Nau. c.  
17. nu. 61. Val. l. c. col. 7.

Qui extremè hic eget alibi diues, non eget  
re simpliciter; huic sufficit mutuo dare *Sot. 4.*  
*4. q. 7. art. 1. Bannes 2. 2. q. 32. art. 6. p. 1. c. 115. Val.*  
*l. c. Vide Io. Bapt. Conra. q. 105. Lopez.*

11 Eleemosynam potest dare maritata, etiam  
viro prohibente, si est cōsuetudo vt tales dēt.  
Item si vir absit, potest dare quātum ille præ-  
sens dare solebat. Potest & de paraphernali-  
bus bonis dare, & de rebus sibi à viro ad victū  
assignatis, & de lucro sua industria acquisito,  
ad quam alioqui non tenebatur, & pro viri  
salute, & cum ipsa familiam gubernat, & cum  
occurrit necessitas cui vir tenetur subuenire.

\*De.

\*De hac re fusè Mol. d. 275. vide Med. q. 3. tit. ab Abul. in c. 6. Met. q. 57. Nau. c. 17. nu. 153. Fum. Eleemosyna 6. § Potest. Tol. de 7. p. m. c. 29. ubi dicit, ex Sol. l. 4. q. 7. art. 1. col. 9. impudica lucra, nisi ampla sint, posse in pios vsus ab vxore impendi. Neccessitas. Nau. l. c.

12 Potest, & Religiosus ex datis sibi ad sustentationem, & cum credit id Prælato placere, eleemosynam dare. Prælatus verò potest, quia bona administrat.

\*Tol. l. c. c. 28. in extrema necessitate, etiã reuente Prælato, ingraui, petenda facultas Tol. l. c. vide Fum. l. c. §. 5. immo in extrema tenetur auferre Fum. l. c. § Prælatus verò. Med. l. c.

13 Potest & filius familias ex peculio Castrensium, aut quasi Castrensium, & ex datis sibi à patre ad sui sustentationem.

\*Tol. l. c. cap. 30.

14 Potest, & seruus cum credit Domino placere, aut si res est modica, aut eiusmodi que sine notabili Domini damno dari possit.

\*Tol. l. c.

15 Potest & tutor, & curator, quia pupilli bona administrant.

\*Fum. l. c. nu. 7.

Addit. Eleemosyna mali occasio futura danda. Fum. l. c. nu. 11.

Ablata in extrema necessitate pinguiore fortunam nactus, non teneris restituere. Sol. Val. t. 3. q. 10. d. p. 5. Pet. N. lib. 6. 4. num. 25. Syl. l. c.

Ant. 37.  
est com  
habeba  
rest. T

1. E M  
bis  
est Judi  
facit, r  
cunt, po  
te accip  
purgat  
peditus  
dit etia

\*De ha

464. Lo

\*Nau. c

2 Qui ve

miu Do

est si do

domini

\*Vide

3 Cum

\*Syl. l. c

4 Emp

ta nisi i

nisi in fi

nec in il

*Ant. 37. vers. Furtum, D. Ant. 2. p. ti. 1. c. 15. §. 1. & est communis, si bona, cum surripuisti non habebas contra Nau. c. 17. nu. 61. Io. Med. q. 3. de rest. Tol. de septemp. m. 36. nu. 4.*

*Emphyteusis, seu Liuellum, vide Feudum.*

1. **E**Mphyteuta rem perdit, si non soluit per biennium debitam pensionem, sed opus est Iudicis condemnatione, qui nihil tamen facit, nisi parte petente: quidam tamen dicunt, posse Dominum rem propria auctoritate accipere: non perdit autem qui moram purgat soluendo statim, nec qui legitime impeditus non soluit: cum verò rem perdit, perdit etiam melioramenta, quæ fecit.

\*De hac re multa *Mol. à Dissp. 444. usque ad 464. Lopez de cont. l. 2. à cap. 29.*

\**Nau. c. 17. nu. 192.*

2. Qui vendit emphyteusim, debet dare laudemini Domino, i. trigessimam partem pretij: secus est si donet. Quod si rem dimittit sine voluntate domini, non liberatur à pensionis solutione.

\*Vide *Syl. vers. Emphyt. n. 28.*

3. Cum res perit, non soluitur pensio.

\**Syl. l. c. nu. 4.*

4. Emphyteusis ecclesie non presumitur data nisi in tertiam generationem: nec transit nisi in filios veros, quale non est Monasterium: nec in illegitimos, Alia autem emphyteusis datur